

Gospel for the Second Sunday After Epiphany

Tonus antiquior

Dominus vobiscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Núpti-æ factæ sunt in Cana Ga-lilæ-æ: et erat mater

Jesu i-bi. Vocátus est autem et Jesus, et discípu-li ejus ad núpti-as. Et


de-fi-ci-énte vino, di-cit mater Jesu ad e-um: Vinum non habent. Et di-cit

e-i Jesus: Quid mihi et tibi est, mú-li-er? nondum venit hora me-a.


Di-cit mater ejus minístris: Quodcúmque díxerit vobis, fáci-te. Erant

autem ibi lapíde-æ hýdri-æ sex pósitæ secúndum puri-fica-ti-ónem Judæ-


órum, capi-éntes síngulæ metrétas binas vel ternas. Di-cit e-is Jesus:




Impléte hýdri-as aqua. Et implevérunt e-as usque ad summum. Et di-cit




e-is Jesus: Haurí-te nunc, et ferte architriclínó. Et tulé-runt. Ut autem




gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non sci-ébat unde esset,




minístri autem sci-ébant, qui háuserant aquam: vocat sponsum architri-



clínus, et di-cit e-i: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum



inebri-á-ti fú-erint, tunc id, quod detéri-us est. Tu autem servásti bonum



vinum usque adhuc. Hoc fecit iní-ti-um signórum Jesus in Cana Ga-liláe-æ:



et mani-festávit glóri-am su-am, et credidérunt in e-um discípu-li ejus.